Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25961
Copyright: Admont, Benediktinerstift



immolari pro nobis. dedit sanguinem suum nostre salutis precium.
qui morte ad tempus suscepta mortis imperium perpetuo damp
nauit. mirandoque ac desiderabili spectaculo agnus innocentis
occisus leonis qui occiderat uires potenter attriuit. agnus qui tollit
peccata mundi leonem qui intulit peccata mundo confregit.
agnus qui nos sue carnis et sanguinis libamine ne pereamus
reficit. leonem qui nos rugiens circuit. et quem de nobis perdat in
quirit. agnus qui sue mortis signum frontibus nostris ad decuti
enda tela mortiferi hostis imposuit. nam et ideo sanguis ag
ni legalis in limine et superliminari et utroque postes domorum
in quibus edebant iussus est poni. ut etiam quadripartita sangui
nis distinctio quadrifidum dominice passionis uexillum quo nos
signati liberamur exprimeret. deiecit aduersarium nostre libertatis et
pacis. qui insidiatur nobis in occulto sicut leo in cubili suo.
Sicut enim nocte hac immolato agno in egypto signatis eius
sanguine domibus fidelium comestis eius carnibus uenit dominus re
pente. et eos qui mysterii celestis exortes erant puniens. econtra
populum quem salutaribus sacramentis imbutum uidit redemit. ita
nimirum dominus ac redemptor noster cum suum pro nobis corpus et san
guinem hostiam patri obtulisset. subuertit potentiam diaboli.
satellitum eius spirituum uidelicet in mundo audaciam commi
nuit. disiecit claustra inferni. electos qui ibidem quamuis
in tranquillitatis sinu tenebantur eruit. et hac ipsa nocte
resurgens a mortuis ad celestis regni gaudia reduxit. imple
ta prophetia que dixit ascendens in altum captiuam duxit captiuita
tem. nec iustos solum quos apud inferos inuenit abstulit. ve
rum etiam eis quos in carne positos suos esse cognouit. nec non
et nobis quos in se credituros in fine temporum preuidit. reme
dium salutis morte sua ac resurrectione procurauit. nobis
et ante quam crearemur spiritalem uite alimoniam qua recrearemur
sacrauit. signum uictorie quo ab hostium insidiis muniremur